

NATALIS CO-
MITIS MYTHOLO-
GIAE, SIVE EXPLICA-
TIONIS FABVLARVM.

Libri decein:

*In quibus omnia propè Naturalis & Moralis Philosophiae
dogmata contenta fuisse demonstratur.*

Nuper ab ipso autore recogniti & locupletati.

EIVSDEM LIBRI ILLI DE VENATIONE.

Cum Indice triplici, rerum memorabilium, vrbium & lo-
corum à variis heroibus denominatorum, ac plan-
tarum & animalium singulis Diis
dicatorum.

Opus cuiusvis facultatis studiosis perutile ac propè necessarium.

ACCESSIT G. LINOCERII MUSA-
RVM MYTHOLOGIA, ET ANONYMI
Observationum in totam de Diis Gentium
narrationem Libellus.



EXCVDEBAT
GABRIEL CARTERIVS.
M. D. XCVS.



ILLVSTRISSI-
MO ATQVE REVE-
RENDISSIMO DOMINO
Ioan. Baptista Campeggio.
Majoricensi Episco-
po S. P.



*IC AVERA M libros hos
Mythologicos Serenissimo
Gallorum Regi Carolo Nono
fel. mem. tanquam munus
non planè regia celsitudine
indignum, ut in quibus o-
mnia sapietiae præcepta con-
tineantur tam ad mores, quam ad naturam hu-
iusce uniuersi spectantia. Sed bellici tumultus de
religione in uniuersa propè Gallia insurgentes
ita illum Regem vexarunt dum imprimarentur,
ut ad quidvis potius, quam ad literarum cogni-*

*. iij



NATALIS CO- MITIS MYTHO- LOGIÆ,

LIBER PRIMVS. ad titam cont-

empletivam a-
Quod scriptorius operis argumentum. CAP. I.

tinet.



V M tantam esse perspicio cognitionis antiquarum fabularum utilitatem Illustriss. atque optime Ioan. Baptista Campeggi, quas poëtae veteresque sapientes suis scriptis inseruerunt; quantam nullo orationis genere cōplete possem; admirabile quidam profecto mihi videri solet, cur nullus ex antiquis scriptoribus ad hāc usq; diem vniuersam insignium fabularum explicationem suscepere. Atq; id eō magis, quod vniuersa philosophiæ præcepta sub his ipsis fabulis, antiquitus continebantur: quippe cūm non ita multis annis ante Aristotelis, & Platonis, & cæterorum philosophorum tempora, omnia philosophiæ dogmata non aperte, sed obscurè sub quibusdam integumentis traderentur. Græci enim cūm occultam philosophiæ rationem ab AEgyptiis in patriam adduxissent, ne res admirabiles in vulgo ederentur, quod illis male percepitis ab religione & ab omni probitate plerūmq; id facile descusat: & ipsi per fabulas philosophari clam cœperunt. Deinde, cūm sequentibus temporibus res fuisse denudata, omnisque recta philosophandi ratio ex his in lucem educta, pauci fabulas, antiquum philosophiæ domicilium, vt ita dicam, respergerunt: cāsque modò vanam theologiam stultorum hominum, modò aniles nugas, futiliāque mendacium poëtarum figmenta fuisse crediderunt. Praelare idcirco fieri integrissimique veræ theologiæ scriptores & orthodoxi patres abusus pluribus verbis

A. 4.